

Sac. Marian BENDZA\*

## NATURA UNITATIS ECCLESIAE ET EVENTA ANNO DOMINI 1054<sup>1</sup>

Sic nominata Magni Schismatis Orientalis eventa, in commune conscientia intelliguntur describendum ac describile historicum *continuum*. Verum est, quia ipsamet eventa plena sunt sindubialis<sup>2</sup> expressionis, quae immaginatio- nem emovere possunt, sed pro realiter longa perspectiva temporalis amotus, in mentibus hodiernorum Lectorum propriam opportunamque positionem non habent. De cetero, natura horum eventorum in certo sensu descriptam situatio- nem vi improvisa evocavit.

Auctor intendit scribere hunc articulum pro reflexione propria super con- glomeratum horum eventorum, praesentare ea volens aspectu tamen theolo- gali, praecipue aspectu ecclesiologiae. Sic monstrata reflexio, de natura rei dogmatica, permittet commune cognita eventa praesentare aliomodo, alia luce ea illustrans, in aliarum relationum contexto.

Sed tamen articulus hic de natura rei historicus est, ideo atque reflexio historica non omittenda esse debet, praecipue cum volumus novam qualitatem cogitandi excitare. Hoc modo, quasi in conjunctione theologia – historia Ec- clesiastica, possibili fiet nova relectio horum eventorum sensus, qua eo ipso evocabit novam qualitatem cognoscendi intelligendique protagonistarum ac- tiones et, modestis conditionibus hujus articuli permittentibus, necessariam cor- rectionem facere nonnullarum, traditione petrificatarum thesum.

Sine dubio, fundamentum talis reflexionis relatio patristica esset. Scriptis de X et XI saeculis, monosignificanter crebriterque revelare permittunt non solum continuum eventorum, sed etiam verum, clausum in eis Misterium Ec- clesiae, misterium in saeculis velatum, sed tamen infine revelatum!

Revelationis sucursum nominare possimus documentos, anniversarii causa Eventorum 1054 editos. In mente habeo, exempli modo, *Declarationem com- munem* (Anno Domini 2004, prima junii), a Papa Joanne Paulo secundo Con- stantinopolitano Patriarchaque oecumenico Bartolomeo primo, subscriptam.

---

\* Sac. professor doctor habitatus Marian Bendza – Antistes Cathedrae Historiae Ecclesiae Universali et Autocephalicarum Ecclesiarum Orthodoxarum Christianae Accademiae Theologicae in Varsovia; e-mail: mbendza@interia.pl.

<sup>1</sup> Hoc articulus in Latina Nova (Neolatina) scriptus est, primum opus in nova lingua, quae dia- lectus est Latinitatis.

<sup>2</sup> Sindubialis (neologismus) – dubiis privatus.

Accompanante actui huic congressu, osculum pacis redditum est et gravia verba auscultantur:

„Nostrae [scilicet Orthodoxae Romanocatholicaeque] relationes formatas esse debent vera, profundaque communionem in Christo, communionem, quae etsi adhuc non plena – jam nunc incipit inter nos unitatis processum. Ideo cum gaudio magno decretamus, quia uniti sumus traditione inseparabilis Ecclesiae, quae semet concentratur in contextu Misterii Eucharistici”<sup>3</sup>.

Jam hoc praesentatum parvum, sed tamen characteristicum fragmentum, monosignificanter refertur ad naturam Ecclesiasticam, relataque hae, pro gravitate documenti et gradus spiritualis subscribentium huncmet Personarum, non est ad ommittendum.

In hoc documento invenimus omniscognitum, sed in certo gradu controversionem expressum, problema nobis generans: „ecclesiasticae inseparabilitatis” Ecclesiae primo millennio Christianitatis. Estne vere hic periodus inseparabilis? In quali gradu?

De harum quaestionum causa utile videatur denuo qualitatem hujus unitatis deliberare, praecipue in contextu Ecclesiae, quae est Communionis Electorum ac Vocatorum. Necessis atque videtur, plus profunda cognitio remonstrandarum „rimarum”, progressu historico in Mystico Corpore Christi factarum. Forsitan utile sit in lucem plenam stare factores parvummodo in historiosophica reflexione respectatos, exempli modo praesentia Normanorum et Historiae ecclesiasticae ipsorum significatio. Talimodo solvendum necesse videtur pro amborum Hierarcharum opinione, quia demonstrata supra unitas insufficientis tamen est. Animadverterunt Ei, atque relationes interconfessionales insufficientes demonstrantur, ideo alio modo debemus rem integram deliberare, invalida elementa ut validemus.

Sed tamen, pro formalis principiis theologiae quam viam eligere, novum falsum non gerendo? De unitate Ecclesiae thesis certo gradu tuta non est, se non omnes aspectus doctrinarum confessionum in memoria teneamus.

Fiat punctum initiale reflexionis nostrae eventum chronologice antierius, plenum theologicis sensus, id est *Declaratio Communis* (7 decembris AD 1966), signatarii cujus erant Papa Paulus VI et Patriarcha Constantinopolis Athenagoras. Hoc documentum tertio paragrapho annuntiat:

„Ideo res immense gravis est cognoscere naturam tensionum illis eventis (vel Schismatis Magni) accompanantium [adscriptum expositioque manu mea, M. B.]. Ipsi tensiones adducaverunt progressum eventorum multe longius [...] quam auctores eorum nec intendebant, nec providebant”<sup>4</sup>.

<sup>3</sup> Papa Joannes Paulus II et Constantinopolitanus Patriarcha oecumenicus Bartolomeus I, *Declaratio communis* (AD 2004, prima junii), punctum tertium.

<sup>4</sup> Textus *Declarationis Communis* (7 decembris AD 1966) Papae Pauli VI et Patriarchae Constantinopolis Athenagorae, AAS 58 (1966) 41. Advolvo sacerdoti E. Przekop, *Rzym – Konstantynopol. Na drogach podziału i pojednania*, Olsztyn 1987, 49.

Aliis verbis: Magnum Schisma Orientalis non erat intentio membrorum Ecclesiae saeculi XI, ideo facta est...

Hypothetice hanc sententionem possimus multimodo finire, sed haec situatio non facit nos liberos adaequatam conclusionem formare, conclusionem quae non solum statui facto deliberatae rei coherentem esset, sed etiam sicut in speculo reales, documentis testificatas tendentiones plene demonstraret.

Annorum sexagesimorum saeculi passati animadversio sindubiales tensiones Mediaevales (*Declaratio* prior) est nobis designatum magnum progressui cogitationis theologicae decadarum proximarum, cogitationis descriptae in *Declaratione* posteriore:

- Habebantne diversis periodis factae departitiones (vel „rimae” in Corpore Christi) characterem essentialem realitati ecclesiasticae aut non, solum accidentalem?
- Respectantibus tensionibus, possimusne eventa anni 1954<sup>5</sup> tractare stabilem dispartitionem Orientis de Occidente<sup>6</sup>, et in consequentia facta hoc tempore ἀναθέματα debita in ambabus confessionibus habere, aut non?

**1. Ecclesia in unitate cogitanda de Christo.** Videtur, quia gravissimum, ecclesiali aspectu, fragmentum Evangelii est sicut nominata Declaratio Christi, quae est fundamentum existentiae ecclesiasticae, scriptum in Mt 16, 16-18. Hoc fragmentum unum divitissimum fragmentorum theologorum tractatur pro sua dimensione qualitatis apostolatus, descriptione structuram ecclesiasticam, characteris spiritualis Potestatis demonstratione etc. In hac deliberata pericopa non mancant symboli imaginesque, constructae talimodo, quae atque hodierno tempore ad disputandum theologicum excitant, hac pro situatione controversionem non rare evocant.

E supra citata Declaratione, necessitatum nostrae deliberationis causa, unum solum passum praesentabo: οἰκοδομέσω μου τὴν ἐκκλησίαν – aedificabo societatem meam, societatem convocatorum (Ecclesiam).

Praesumptivum usum primam personam singularis ([*ego*] οἰκοδομέσω) et atque in singulari praesentatum objectum (τὴν ἐκκλησίαν) monstrant, quia in cogitatione Salvatoris existebat una et solum una Ecclesia, quae inspiratione Redemptoris in *continuo progressivo* „subdita est”, secundum verba Declarationis, Potestati Dei, cui gratia atque Ea fiet taliter fortis, ut omnes portae infernales, quasi sinfortes<sup>7</sup>, nullam iniuriam Ei faciant. Ideo in cogitatione Christi realiter existabit non solum Ecclesia *una*, sed decisionibus Dei respectantibus, *sola* et *unica*. Ergo: supernaturalis.

<sup>5</sup> In homiletico-cathechetica praxi Magnum Schisma Orientale initiale punctum existendi Orthodoxiae in aspectu confessionis tradetur.

<sup>6</sup> Ipso modo ceteram „classici” problematis, S. Runciman et E. Przekop, opinionem dant.

<sup>7</sup> Sinfortes (neologismus) – sufficientibus ad agendum viribus privati.

Hanc supernaturalitatem suggerit atque qualitas hujus *continui progressivi*: Ecclesia erit aedificandum secundum constructionem grammaticalem *future exacti* verbi (οικοδομέσω). Contentus in radice hujus verbi nomen οἶκος (*domus*) revocat indirecte non solum naturam hujus aedificandi, sed atque aedificandi effectum. Potestate praesentis „in medio Ecclesiae” Christi, Domus Dei, sicut anterior Hierosolymitanis Domus Orationis (*Beit bit*) (cf. Is 56, 7) fiet atque domus constructus omnibus, ubi vel cervix sibi locum inveniet, vel hirundo nidum (Ps 84, 4).

Hic infinitivus οἰκοδομεῖν<sup>8</sup> non est tamen verbum monosignificans, quod confirmat annis vigesimis saeculi passati editus dictionarius *Die Religion in Geschichte und Gegenwart*<sup>9</sup> [*Religio in historia hodiernoque tempore*]. In conclusione articuli super ipsum thema legimus, quia in Novo Testamento aedificatio non res communis est, sed attingit *individuum*, quod Verbo Dei perfectionante, spirituali labore solum indirecte realitati transvivendi in societate res fidei influat, concentratum est nam super propriam perfectionem.

Ideo, theologicali sensu, supramonstratum *infinitivum* aliud objectum sequatur, id est „Auctor”. Quis Auctor aedificandi est? Unum solum solvere videtur: ipse Dominus Declarator.

Sunt tamen nonnulli theologici Germanici (id est Kögel Cremerque)<sup>10</sup>, qui inclinantur alio modo describere Personam Constructoris. Ipsi, Vetero Testamento testificante, monstrant Auctorem Ecclesiae esse debet solum Deus Pater, Qui atque suos confessores alto gratu activitatis donaturus. Cogitationem suam declaratione Apostoli Gentium confirmant, dicentis quia omnis activitas humana in *principalis* Activitate Aeterna, Activitate Adonai oritur.

Ipse Auctor biblicus in *Epistola ad Ephesios* imaginem domus – Ecclesiae<sup>11</sup> utitur in sensu peculiari: sicut Aedificatio de Deo facta. Videtur tamen, quia hoc aspectus insufficiens est pro omissione activitatis hominis. Quod autem invenimus, simul apud Petrum ac Paulum, qui ipsi, sic praedominati eschatologicis ideis plena conscientia aspectum activitatis omittunt.

Ipsa eschatologica imago praesentabitur praecipue post mortem horum Apostolorum, cum desperate defense muri Templi Hierosolymitanis in memoria Templum Novum evocabunt, solum eschatologico modo participantem in apocalyptica Hierosolyma Nova. Lux autem in ea Agnus erit, „Protopresbyter” autem Sedens in Throno, Qui suam Sanctam Liturgiam festivam coram repraesentantibus humanitatis, 144 milia signatorum, celebrabit.

<sup>8</sup> In *Septuaginta* repetitur circa 360-ties sicut analogicum verbi *bana*.

<sup>9</sup> *Die Religion in Geschichte Und Gegenwart*, 1928, editio secunda, 219. Advolvo P. Bonnard, *Jesus Christ edifiant son Eglise*, Paris, sine anno editionis, 5.

<sup>10</sup> Auctores dictionarii *Biblich – theologisches Wörterbuch der neutestamentlichen Griechisch*, [Dictionarius biblico-theologicus Graeae Novotestamentalis], editio secunda, 1928; cf. Bonnard, *Jesus Christ edifiant son Eglise*, p. 6.

<sup>11</sup> Cf. Ph. Vielhauer, *Oikodome, das Bild von Bau in der christlichen Literatur von Neuen Testament bis Clemens Alexandrinus*, [*Oikodome. Imago aedificandi in literatura Christiana de Novo Testamento ad Clementem Alexandrinum*], Heidelberg 1939, 190.

Alteram dimensionem reflexionis apostolicae sanctus Joannes Theologus proponit, eschatologicum aspectum omittendo. Eius apocalyptica imago est una: aedificatio – formatio unitatis cum Agno, cum christianis et cum Patre.

In Declaratione Christi manifestatur atque mandatum unitatis expressum propheta Jeremia: Omnipotens promittit iudicium super paganos (Jr 12, 16), quod suggerit solum dimensionem subiectivae unitatis cum Deo et confessoribus amabilem Deo in Israel esse<sup>12</sup>.

In hac sermone sine dubio imago Christi inest immanenter – Lapis aedificantibus resolutus (ἀπεδοκιμάσων)<sup>13</sup>, sed Potestate Dei Caput Anguli factus<sup>14</sup>. Pro hac causa Christus Auctoritas sindubialis ecclesiasticorum est, sed non sicut solus Aedificator aut Custos Unitatis. Filius enim semper unus est cum Patre, vivens cum Eo in amore, id est in Spiritu Sancto.

Ideo dicens de supernaturali, incomparabili nulli rei Ecclesia Unica, in memoria teneamus relationes in Sanctissima Trinitate praesentes. Sunt enim ii modus Transdonationis Christi de Patre factae aliis, quamquam inferioribus. Veteris Testamenti associationes permittunt atque comprehendere Declarationem Christi elementum novi et aeterni foederis.

Verum est, quia existans jam in Edeno Proto-Ecclesia formabatur in principali contexto amicabilium relationum Adonai cum primis Parentibus, in praesentia quorum poterat Deus promenari Edeni spacia. Haec situatio evocabat gaudium hominis pro Deitatis Praesentia. Et nullus pudicus, nulla nuditas contactus obstabant... Erant nam homines sine peccato.

Sed tamen Christus Ecclesiam Novam annuntiat, ad struendum qualem invitat. Nam Ipse, adimplens Legem verbaque Prophetarum<sup>15</sup>, cum praesentia iudaismi Activitatem suam ligat; iudaismus nam erit imago continuandi ac adimplendi Dei Plani Salvationis. Ecclesia Ejus erit ideo „supplementum” ac adimplendum Christi sacerdotalis missionis, missionis Templi, quae permittit inventum Abrahae in Petro, *qahal*<sup>16</sup> in Societatem Baptizatorum, Israel

<sup>12</sup> Cf. Bonnard, *Jesus Christ edifiant son Eglise*, p. 13.

<sup>13</sup> Verbum Graecum de terminologia juridica derivatur et falsificatis refertur. Antistites Populi Israelis tractabant Messiam falsificatum; suspiciones habens Hunc inaniter agi despicerunt Eum, in se magnam responsibilitatem pro hoc actu ponens. Atqui erat Jesus Deo utilis nimis Edificator Operis Dei. In margine: responsabilitas moralis repraesentantium Populi Electi, qui stimulat Antistitium Sacerdotium aut Pharisaeorum decisionibus ad turpe agendum minima est in comparatione „functionarii”...

<sup>14</sup> Eam imaginem revocat Jesus indirecte, advolvens Vetero Testamento. Cf. Mt 21, 42; Mc 12, 10-11 aut Luc 20, 17.

<sup>15</sup> Cf. Mt 5, 17. Praesentatio docendi Christi in contextu adimplendi Legis in Ejus Persona ac activitate *Leitmotiv Evangelii secundum Matthaeum* videtur. In Christo omnis mesianistica Prophecia finitur. Possumus dicere, quia hoc modo revelantur duae directiones ecclesiastici progressus: una, cujus fundamentum est christologia et altera, fundata in iudaistica Traditione, cujus cetera Hic Jesus fidelissimus Commentator fuit.

<sup>16</sup> In Neolatina nomen *qahal* [societas Iudaeorum credentium] indeclinabile est.

in Populum Electum Foederis Novi<sup>17</sup>. Non insignificans est atque usus *futuri exacti*, quae monstrat Voluntatem Constructoris conducere opus suum in optimam finem, simili modo tamen confirmans existentiam qualis *continui*, id est progressus in tempore porrigentis existentiae hujus „organismus fidei”, cuius essentia *expressis verbis* patefacta in Salvatore non est. Simili modo in silentio Hic tenet tempus initiandi hujus Struendi.

Possibiliter, „clavis comprehendendi” Declarationis Salvatoris de parte Apostolorum (discipulorum)<sup>18</sup> in colligatione cum *quahal* inventa est. Unitas et qualitas organisationis hujus societatis *de natura rei* imago est organisandi Operis Christi. Ideo, etsi exceptionalitas ecclesialis certa est, in sensu organisationis repraesentat Ecclesia exemplificationem qualitatis existentium in Plenitudine Temporis religiosarum formarum.

Hoc modo formata Ecclesia semper ad Christum appellans, absolutam perfectionem in *continuo struendi* numquam attingit. Talis perfectio possibile fiet tum denique in Regno, ubi Jerusalem coeleste, cujus lampas est Agnus (cf. Ap 22, 5), Jerusalem quod fiet salvatis „portus recreationis”.

Existat tamen quaestio aperta, minime difficilior prioribus, qualis est relatio inter Antiqui Foederis periodum formandi Ecclesiae et periodum Testamenti Novi. Theologia Romanocatholica, generaliter dicens, assertat clare, quia denique contextus Oblationis Christi et temporis Pentecostes permittit dicere de ecclesiali existentia *par excellence*<sup>19</sup>. Ideo videtur Vetus Testamentum solum typologicè tractandum sicut forma praeparativa Testamenti Novi<sup>20</sup>.

Talem opinionem comminuit tamen analysis qualitatis *qahal* phaenomeni, existantis millibus annis. Possumusne tale longum periodum solum indictionem tractare? Sine dubio sic. Arca Foederis erit semper typus Sanctissimi et Noe Arca typus consecrationis baptizmalis.

Existant tamen designata semiologica plus importantia quam typologia, exempli modo: cathogoria Populi Dei, autopraesentatio Israelis Gregis Domini, messianica dimensio fidei, theologia spei, regulariter practicata pietas biblica, „custodia institutionalis” Veritatis Dei etc. Hoc tamen elementum, quod haec designata colligit non solum fides est, sed ante omnia conscientia hominis credentis. Ipsa conscientia fundamentum est constructionis Ecclesiae, praecipue tamen educationis dimensione.

<sup>17</sup> Cf. Bonnard, *Jesus Christ edifiant son Eglise*, p. 25. Hic Auctor, referens ad praesentatam interpretationem Construendi Christi, nominavit eam „revolutionalem”.

<sup>18</sup> Omnis Evangelista Apostolos *discipulos* nominat.

<sup>19</sup> Hodierno tempore Magisterium Romanocatholicum inclinatur praesentare Pentecostes tempus manifestationis jam existentis Ecclesiae, in silentio tamen tenetur tempus initiale hujus existentiae. Declaratio Jesu non poterat esse tempus initiandi, etsi Verbum Dei creavit coelos ac terram, quia Salvator dicit de Ecclesia in futuro. Certissimum solvendum problematis oblatio videtur – in Cruce et in altare...

<sup>20</sup> Cf. J. Laska, *Kościół, Eklezja, Chrystus*, Warszawa 2012, manuscriptum [proprietas Auctoris], 26.

Confessor iudaismi in periodo ante Plenitudinem Temporis, conscientiam suam formabat super fundamentum Nationis. Omne membrum, Populo Electo ente cognoscit, quia electio ejus via erat ad absolutam Electionem Dei, omni sabbato synodusque in synagoga supplementum peregrinationum ad Templum. Societas credentium formavit Adonai quamquam directe, rhytmum viae ejus peregrinationibus *sophar* sono ardinans. Adonai, Petra Salvationis monstravit tamen omnibus quidquid majus: Adventum Messiae, adventum Epochae Novae.

In quali gradu „Epochae Novae” erat tamen incognitum mentibus Magistrorum. Ideo attendenda fiebat clara, perspicua omnibus signa, praecipue colligita cum reflexione biblica: Elian, Ignem, Diem illam... Erant attamen multi, qui atque nunc fundamentum vitae religionis in peregrinationibus *sophar* sonique videntur, sed...

Hoc momento ad aures eorum attingit Declaratio: „Tu es Petrus [...] et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam” (Mt 16, 18).

Haec imago confessori iudaistico in memoriam revenit struendum Templi Davidi – Salomonis, illo tempore restauratum a Herode. Sed veritas apparuit major quam Templum, major Salomoni<sup>21</sup>...

Declaratio struendi est atque transdonatio dynamismi Christi in movendum hunc processum. In contexto hujus dynamismi incipiebatur novus actus Creationis Homini Novi ac Novae Realitatis. Haec realitas optime illustrat imago Agni, quae Christus est, Cuique sunt omnia imagine germinis praesentata.

Unitas Ecclesialis est igitur multigrada et multidimensionalis. Ligamentum cum Christo est, ligamentum amoris fidelibus; unitas in Gratia et societas in Verbo; unitas sacramentalis et fides individualis.

Orthodoxa visio hujus unitatis duo aspectus habet: theologicum et canonicum. Theologalis comprehensio unitatis fundamentum suum in confessione Trinitatis Doctrinae, formatam conciliariter<sup>22</sup> dum septem primis conciliis generalibus invenit. Concorditer magisterio sancti Pauli, praesens in omni mundo visibilis Ecclesia „organismus” est constructus de „autocephalicis unitis”, autonomicis societatibus confessorum, Ecclesiis localibus, quae omnes invicem plenitudinem (*pleromam*) constituent in fundamento amoris.

Importans signum hujus unitatis est atque  $\kappa\omicron\tau\upsilon\omega\nu\acute{\iota}\alpha$  sacramentalis, supporta acceptance integraliter comprehensi Revelationis et atque realisatione vitae Ecclesialis in societate (convocatio synodorum liturgicarum, concilia etc.)<sup>23</sup>. Haec reflexio ad biblicam imaginem ecclesiologicam refertur:

- Unus Dominus, una fides, unum Baptisma – Eph 4, 5;
- Etsi nos aut Angelus de coelo nuntiaverit vobis aliud Evengelium quam nosmetipsi, anathema sit – Ga 1, 8.

Unum est enim Magisterium Domini, Evangelium.

<sup>21</sup> Ibidem, p. 27.

<sup>22</sup> Principium *sobornosti* – conciliationitatis.

<sup>23</sup> In conceptione Romanocatholica praecipue unitas confessionis fidei et unitas sacramentalis explicitur.

Confirmatio hujus traditionis in sermone sancti Irenaei invenimus: vera et catholica Ecclesia unam ipsamque fidem in mundo integro conservat<sup>24</sup>.

Unitas in sacramentali dimensione fortiter dirigitur ad spiritualitatem. Sit confirmatio hujus rei avolutum: „Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiseritis peccata, remissa sunt eis, quorum retinueritis, retenta sunt (J 20, 22-23)<sup>25</sup>. Hanc situationem confirmat atque sanctus Hilarius: uno dono sacramentali omnes uniti sumus<sup>26</sup>.

Possumus ideo dicere, quia visibilis unitas „retorsio” est internae, invisibilis unitatis in Spiritu Sancto. Illa unitas ligas nos praecipue cum Christo, cum sororibus fratribusque, et vincula hujus unitatis irrompibilia videntur.

Effectu „contrapositionis” duorum conceptionum – ecclesilogiae sacramentalis (praecipue in Eucharistica dimensione)<sup>27</sup> et ecclesilogiae universalis<sup>28</sup> *communio* cum Christo videtur in Ejus Coena et Oblatione. Eucharistia, coronatio initiationis christianae est enim fundamentum Ecclesialis Existendi, etsi vita sacramentalis in conditionibus ecclesiasticis fiet sui generis *novum*, praecipue in contextu dimensionis integritatis. Ecclesia enim semper continuanda, semper manens in Eucharistia<sup>29</sup>, semper „fortificata” Christi unitate.

In memoria atque teneamus gravis significatio dimensionis antropologicae, *expressis verbis* concretizatae in deliberato passu Mt 16, 18: spatium ecclesialis struendi est homo. Petrus – petra repraesentare videtur omne genus humanum, cui in certo modo transdonatum est privilegium misterii constructionis.

Eo modo Christus in primo plano stat quaestionem personae, persona enim conducere ad finem cogitationem operis Christi debeat. Advolvens ad Boëtium<sup>30</sup>, persona rationalis naturae individuae substantia, id est unica forma existendi naturae rationalis. Latinum adiectivum *individuus* significat unicum separatum, sed ante omnia unicum autonomicum. Ideo Christus, construens Suam Ecclesiam facit Eam „proprietaem” suam, etsi transdonavit hominibus

<sup>24</sup> Cf. Irenaeus, *Adversus haereses* I 1, 10.

<sup>25</sup> Secundum Vulgatam Novam papae Pauli Sexti.

<sup>26</sup> Cf. Hilarius Pictaviensis, *Commentarius in Psalmos* 1, 21, 5.

<sup>27</sup> Videtur res necessitas advolvere commentario Romanocatholico de initio XX saeculi: [Tali modo status unitatis] „consequentia est naturae societatis visibilis, quod est Ecclesiae. Sacramenta Sancta sunt enim visibilia media sactificationis, et quis digne ea utitur, certus essere potest, quia in actu accipiendi ea, Deus dat ei Gratiam invisibilem; se autem diversa genera mediorum hujus non existerentur, nemo sciisset qua uti debet et sine dubio utilibilis esset omnia aut, in contrario, omnia tractavisset rem tote indifferentem. Exempli causa non gravis esset forma visibilis aut informa actus accipiendi Corporis Domini Jesu in Sanctissimo Sacramento” (Cf. J. Tylka, *Dogmatyka katolicka* [Internet versio sine datibus editionis: [www.opoka](http://www.opoka) (20 X 2014)]).

<sup>28</sup> Primis saeculis Ecclesilogiam eucharisticam praesentabant Patres et Doctores Ecclesiae Orientalis, exempli gratia sanctus Ignatius Antiochenus. Repraesentantem cogitationis occidentalis putare possumus sanctum Hipolitum Romanum Ciprianumve de Carthagine.

<sup>29</sup> Cf. P. Evdokimov, *Prawosławie*, Warszawa 1986, 164.

<sup>30</sup> Boëtius (480-524), philosophus Romanus; suam famam definitionem *personae* includit in opere *De persona Christi* (PL 64, 1343).



possibilitatem desideratae autonomisationis, quae procedit de personalistica individualitate aut atque de tendentionibus separatisticis.

Sic vidimus, unitati ecclesialis contrastitur „unitas autonómica”, „unitas entium autonomorum”. In contacto cum mysterio Christi fictiva paradoxis unitatis in separatione fiat realitas logica: persona autonómica jus habet interagere cum mysterio Unitatis Dei, participat enim hoc modo in Trinounitate possibilem faciens modum progressus sui. Ne obliviscamur atque, quia realitas Trinitatis summa existentia est, atque ipsa characterizans se autonomícam. Dicimusne de Hipostasi Patris, Hipostasi Filii aut Hipostasi Spiritus Sancti? Ideo ecclesialis participatio in Mysterio Dei autonomismus characterizat, praeter quo Deus creat cum credentibus unitatem, permittens iis personalem libertem et transparentionem electionum conservare.

Ideo, in libera rationalisque autonomia personae qualitas „trigradualis unitatis” interpretatur. Interpretata est unitas, unicitas et exceptionalitas Ecclesiae omnes tres jussu Dei non separabiles, sed coëxistantes modo accibile simul Deo et homini.

Accuratio qualitatis autonomicae unitatis hujus non insignificans est pro fluctuationibus dynamismoque ecclesialium. Dicere potitur, quia electiones hominum declarantur non solum in adveniendo aut abeundo, sed atque in egoismo. Tan qualitatem electionum invenimus ideo *de natura rei* in „organismis ecclesiasticis”, et hae electiones querelas et discussiones evocant super themate modi functionandi Ecclesiae. Nemo scit, quid gravissimus esset: oratio laborve charitativus, forsitan docendum? Omnes tres videntur in essentia sua et vere sunt atque elementa constructiva, sed Jesus admonit: Miseros semper inter vobis habetis, sed Me non semper (Mt 26, 11; cf. atque: Mc 14, 7; J 12, 8). Hoc significat, quia nostra communio cum Christo potest dirrompi, cum malo effectum atque hominis existentiae in Ecclesiastico aspectu, dum pauperes et ligata cum eis actio charitativa, sine dubio pretiosa et gravis, praesentabit clare suam „inessentialitatem” pro realitate Ecclesiali, non tan essentialem quam vita sacramentalis aut annuntiandum Doctrinam Domini. Quod magis, haec praesentatio demonstrat atque characteristicam realitati existentiae humanae possibilitas decisionalis: ab- aut reveniendi.

Ideo continuum Ecclesiae significatur facticis fluctuationibus. Liberum arbitrium potem simili modo causare declaratio pro Christo aut electio rerum Ei contrariarum. Vos atque abire voletis? – demandare videtur Deus. Et haec quaestio semper repetens verifactor dynamismi vitae christianae est, sublimiterque characterisans momenta vivendi Ecclesiae „extra Christum”, cum „orationem tenet” egoismus, aversatio, inamabilitas, aut spiritualis amotus de Spiritu Christi<sup>31</sup>.

---

<sup>31</sup> Breve, etsi verisimiliter non de omnibus Christianis idem sentitum descriptum realitatis Ecclesiae inest in S. Runciman libro *Schizma Wschodnia*: „Tactus et moderatio sunt in optimo casu rare videtae in ecclesiasticis circulis, et se deerint pro ignorantia, effectus possunt tragici esse” (*Schizma*

Scimus tamen, quia unitas semper renovabilis est in Spiritu quia, sicut dicit sac. H. Paprocki<sup>32</sup> fluit ea de Unitate Dei; Ecclesia non est enim multitudo personarum in earum separatione, sed in unitate Gratiae Dei, vivens in multitudine rationabilium creaturarum, ante hanc gratiam genua flectantium.

Qualis ideo est dimensio unitatis ecclesiasticae in aspectu doctrinali?

Videtur, quia ipsa est cathedra absoluta, praecipue in contextu unae fidei, unius Baptismatis, unae Eucharistiae, et ante omnia Unius Christi. Una est atque Veritas et Unum Regnum, descriptum Veritate. Sic contextualisata Ecclesia est unicum phaenomenum unice, indivisae, sed autonomicis „elementis” constructae societatis, ubi Deus est omnis in omnibus. Ecclesia, effectu indirecti „tactus” manus Salvatoris, in duobus fundamentis construitur – in amore Dei et in amore proximi, ut eo modo Haec fiat realitas tan soteriologica, quam eschatologica.

Unitas et „unicitas” speciali modo campus est agendi Christi colligati cum Patre, de Quo accepit omniam potestatem in coelo et in terra (cf. Mt 28, 18). Hic Christus in Sacramentis realisat mandatam Ei Patre missionem intercessionis sacerdotalis Gratiae.

Principium unitatis est atque Spiritus Sanctus – Ecclesia est enim societas convocata de Spiritu, semper agentis et adjuvantis curriculum ecclesiarum eventorum<sup>33</sup>. Gratia Ei prophetia, ascesis, mystica, charismata coronant realitatem ecclesiam, significans atque autenticas vias salutis sanctificationisque<sup>34</sup>.

Unus est conflatus unius Spiritus, gratia Cui creata est Scriptura. Scripturae Sanctae auctor (vel melius redactor), nullam rem accepit praeter propriam formationem educationis, aptabilis tamen Spiritu Sancto factus ad vere annuntiandum Veritatem Dei.

Spiritus Sanctus creat atque Corpus Christi – Ecclesiam visibilem, colligatam cum Ecclesia Invisibili, conagens cum Ea in realitate sacramentali et continuans Christi Struendum. Sicut dicit sac. Paprocki: „in descensione Spiritus, existata Ecclesia sicut Corpus”, et atque Spiritus conditio plenitudinis vitae in Deo est<sup>35</sup>.

Gratia Spiritui una est atque fides.

Unum baptisma...

Et una spes Eschatonis.

*Wschodnia*, Warszawa 1963, 20). Simul Auctor hujus characteristicae, ac ejus Receptor faciliter conspicit, quia haec verba apta sunt ad characterisandum eventa Anni Domini 1054.

<sup>32</sup> In articulo *Granice Kościoła*, [Internet versio sine datibus editionis: [www.prawoslawie.pl](http://www.prawoslawie.pl) (20 XII 2014)].

<sup>33</sup> Sed atque Hic potest simul cum Christo esse repudiat...

<sup>34</sup> Cf. Paprocki, *Granice Kościoła* [pro Internet versione desunt numeri paginarum].

<sup>35</sup> Ibidem.

**2. Unitas ecclesialis in *continuo* progressu.** Persona humana praesens participansque in Mystero Dei, fundamentum generat existentiae Ecclesiae visibilis in dimensione temporali, ubi divitiae realitatis Doctrinae „collidunt” cum conditionibus terrenis.

Antea, probabiliter jam apostolicis temporibus, sed certissime de IV saeculo, historiam Ecclesiasticam praedominantur fluctuationes humanae. Dominanta historiae fiunt non solum individuum peccatum, sed atque spectacularia et effecta graviora eventa, frequenter non coexistentia cum vita Ecclesiastica (exempli gratia translocatio sedis Caesareae de Roma ad Bosphor)<sup>36</sup>. Eventa haec causabant non solum mutationes in mentalitate, sed generabant legendares quamquam interpretationes, legitimizantes talem, et non alium, hominibus generatum rerum statum.

Cursus primae decadis saeculorum historiae Christianae, in postera historiographia<sup>37</sup> characterisatus est „Christianitatem indivisam”. Generaliter hac res inacceptabilis videtur, quia praesentata eventa confirmant tunc aliam situationem: jam temporibus apostolicis facta divisio erat vis progressiva Ecclesiae. Vis hac revelavit suam praesentiam in secunda millenario Christianitatis, quando ceterum cognita de Christo elementa autonomisationis personalisticae fiunt quasi fundamenta vitae ecclesiasticae. Hoc modo theologia reveniendi ad Deum et laborandi super „deflationem” fluctuationis substituebatur certamine *sacri* contra *mundialem*, humanum. Figurative dicens, in initio XI saeculi humilitas et *Kenoza* Christi contactibilis fiebatur tenditionibus facilitatis propitii curaque sui et suae familiae.

Hoc modo fluctuationes principaliter concentrabantur super primatum ambarum Sedium et qualitatem relationes earum in contextu conservationis et praesentationis unitatis.

Verum est, quia hoc primum millennium, „pietatis pneumatologicae” causa non disponabat tali gradu, quam millennium proximum, possibilitate ad separandum. Sine dubio, factor principalis unitatis hujus erat colligatio visibilis dimensionis Ecclesiae cum indiviso iudaismo<sup>38</sup> et principaliter tractata unitas cum visibili apocrisarii Petri et repraesentantis Christi in terra, id est cum Papa<sup>39</sup>. Secundo millennio, praecipue post assedum Constantinopolis

<sup>36</sup> In Latina nova *Bosphor* indeclinabile est.

<sup>37</sup> Praecipue in historiographica vetus-catholica.

<sup>38</sup> Cujus confessores ceterum, in circumjecto pagana viventes, sentiebantur se sicut „separati” de aliis, facti Electionis causa, et praecipue monoteismi practicae fidei.

<sup>39</sup> Hujus repraesentationis fundamentum erat conditiones historiae laicae: importantissimi Patriarchati facti sunt patriarchati capitales, quamquam altera tres (in pentarchiae aspectu) sancticati sunt apostolica in iis praesentia, et Hierosolymam superavit atque praesentia Christi Ipsius. In margine addemus, quia Patriarchatus Hierosolimitanis de temporibus patriarchae Focii et Papae Nicolai non consideratus erat in catholicismo Romano Matrem patriarchatorum, mutatis nominibus Hierosolymis in Aeliam Capitolinam. Pro nulla existentia Hierosolymis impossibilis factus est atque Patriarchatus Hierosolymis. Hoc non significat, res clara, negationem Urbis Sanctae locum agendi Domini, sed magis juridicum, non ideologicum punctum videndi.

anno 1204, ultimum assedum et destructionem ejus in 1453 significata fiebant elementa hostilitatis, resentimentorum, interrompentes prior existentem ideam unitatis Orientis cum Occidente.

Sicut videtur, constituens elementum Ecclesiasticum, unitas, conservata erat simili gradu primo ac secundo millenio, tamen actiones antropologicae efficiebant „personalistica dominante separationis”, colligata de natura rei cum persona humana. Haec situatio generavit novam qualitatem conditionum.

Maxime visibilis et nos delectans conditio est „politica” separatistica Orientis de Occidente, dirigans ad „schisma” patriarchae Cerularii, „signum ultimum” existentium de saeculis tendentium. Talis status consideretur „praeparationem” status posterioris, status polarisationis extremalis.

Atque analysis generalis permittit videre Ecclesiam Orientis Ecclesiam Caesari, dum Ecclesia Romana Ecclesia Papae videtur. Ab initio existendi harum diversarum conceptionum Ecclesiologicarum stat sicut factor principalis translatio anno 330 sedem Imperii ad Constantinopolem, situatum in liminibus duorum continentorum, transfiguratum posterior in urbem maxima significatione strategica et oeconomica<sup>40</sup>.

Regio occidentalis transmutata tamen est in campus invasionis alienorum aut in locum commovendi alienarum idearum aut novae methodologiae theologicae. Hoc modo situatio confrontationis constituta est: magnalia versus antiquitatis ambitionis vestigia. Naturalis consequentia erat orientalis oscillatio.

Oscillatio haec postulat seriosum valde in reflexione theologica tractandum, se Constantinopolis, locus quattuor conciliorum superat ambitione Romam antiquam<sup>41</sup>, sine dubio ipsa debet atque in dimensione ecclesiologica accipere possibilitates datas ei decisionum politicarum via.

Finitum in 381 anno Concilium Constantinopolitanum Primum, in canone tertio decidit tamen, quia sedes in Bosphor pro traditionis, lungae historiae ac qualitas agendi causa, occupare debet secundum, post Romam, locum, non primum<sup>42</sup>. Talis tractatio non sublacionis novam sedem causa, sed pro confirmatione conditiones historicas, facta est. Primatus Veteris Romae confirmavit atque canon 28 Concilii Chalcedonensis cum additione tamen, quia privilegia divisa esse debent uno modo de ambabus Sedes<sup>43</sup>.

Talis situatio jam in initio generat problemata doctrinalia et lites culturales, liturgicae et organisationis super practicas religiosas, celibatum etc... Distantiam majorisabant distinctiae linguisticae<sup>44</sup> et ante omnia quasi „classica” discussio de *Filioque*...

<sup>40</sup> Cf. Przekop, *Rzym – Konstantynopol*, p. 17.

<sup>41</sup> In memoria teneamus, quia Romae nullum in antiquitate concilium oecumenicum locum suum tenebat.

<sup>42</sup> Cf. Runciman, *Schizma Wschodnia*, p. 22. Cf. atque Przekop, *Rzym – Konstantynopol*, p. 17.

<sup>43</sup> Cf. Przekop, *Roma*, p. 17.

<sup>44</sup> Praecipue criticabantur linguas slavonicas, quas usantur in actione missionaria.

Lites hae frequenter mutabantur in diversas formas concurrentionem Papae Romani cum Patriarcha Constantinopolitano. Concurrentio haec erat „signum magnum” historiae Christianitatis Europensis, sed non tangebatur essentiam Ecclesiae. Et haec essentia erat unitas.

Ipsa declarabantur cetera in dimensione visibili: sancti Cirillus et Methodius missi de Caesare Byzantino ad Slavam subdiderunt se atque jurisdictioni Papae, et Bruno de Querfurt, suam missionem inter Pietsingis realisans, com modum accepit de principe ruso, baptizato in ordine graeco...

Possumus dicere, quia praesentata supra idea unitatis, existit independenter de iis difractionibus et quasi apud eas, quamquam graves hae erant, existens partim sicut eventa, partim sicut tendentiones, quae non solum risas, sed atque disrumpiones in Mystico Corpore Christi generabant. Non erat hoc tamen schisma, ne quidem discidium, sed difficultates in continuandi prioris status relationum interconfessionalium, quae non erant harum relationum disrumpio<sup>45</sup>.

Conscientia in themate discidii semper praeerat inter confessoribus jam ab initio XI saeculi. Hi confessores viderunt atque colligantem eos unitatem monolithum nullum et nullam sculpturam una indivisa massa auri factam. Confirmationem talis status rei invenimus in conservato documento chartophylacis byzantini, Nicetae de Nicaea, cujus titulus characteristicus est nimis: *Quibus temporibus et quarum criminationum causa a Constantinopolitana Ecclesia sejunxerit se Romanorum Ecclesia*<sup>46</sup>.

In hoc satis amplo opere auctor ejus monstrat diversas formas schismatum discidorumque, facta praecise in primo millenario Christianitatis. Monstreus gravissima eorum:

a) Tempore Leonis Magni „rursus sciderunt se Romani, et ab imperio Constantinopolitano, et ab ejus Ecclesia, abjecta subiectione atque unione foedusque inierunt cum Francis, deficiente simul universa Italia. [...] Denique pseudo patriarcham Anastasium anathemati subiecit Gregorius<sup>747</sup>. Hoc modo auctor praesentat discussionem dogmaticam de monophysitismo et commandatum in hac causa documentum cum destinatione ad Patriarcham Constantinopolis *Tomum ad Flavianum*. Patriarcha Flavianus in concordia erat cum Papa in Christo duas naturas sed unam Personam esse, quamquam contrastabat tali statu rei abbas Eutiches, qui in effectu revocatus de officio est. Eo ipso „situatio belli” initiabatur. Caesar Theodosius convocavit anno 499 concilium ad

